



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur ...

Fargna, Francesco de

Romæ, MDCCXVIII

Casus XXVI. Argumentum. An sit locus reductioni Missarum à Fundatore in
limine foundationis Cappellano impositarum, quando injunctum fuit hæredi
onus subrogandi alium fundum tutum, & sufficientem pro ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72203)

quorundam onerum, cum sola deductio-
ne obuli pro qualibet Miffa, in caulam
SS. Utenfilium erogandi his verbis -- *Ut
præfata omnia Miffarum onera juxta pro-
portionatam quantitatem reddituum (dem-
pro prius obulo pro qualibet Miffa in Cau-
fam Sacrorum Utenfilium erogando, quate-
nùs Ecclefia non habeat redditus ad hunc ef-
fectum assignatos) ad rationem eleemofina
manualis pro suo arbitrio, & prudentia
reducat* -- Unde præfatus Cardinalis de-
ducendo alias expensas præter dictum
obulum exceffit limites commiffionis,
quia revera id non continebatur in litte-
ris commiffionis, ideoque quidquid per
ipfum gefum est, præter, vel contra for-
mam commiffionis dicitur ipfo jure nul-
lum, juxta *Text. in cap. cum dilecta de re-
fcript. ibique Glos. in verb. juris ordinem,*
Abbas n. 4., Barbof. n. 4.

Et cum præfatum refcriptum exprimat
folùm deductionem obuli pro Sac. Uten-
filibus, ad ipsam tantùm restringitur, &
ampliari non potuit à prædicto Cardinali
ad deductionem aliarum expenfarum, ut
bene notant, *Barbof. in dicto cap. cum di-
lecta de refcript. n. 6.*

- 2 Non obftant illa verba refcripti ibi --
Pro suo arbitrio -- quia hujusmodi arbi-
trium cadit folùm fuprà reductione Miffarum,
juxta proportionatam reddituum
quantitatem, ut nempe idem Protector
cognofcere, ac ftabilire poffet quanta, &
quæ nam reddituum quantitas cuilibet
oneri quot annis verè correfpondeat non
autem fuprà ipsa expenfarum deductione,
ut apparet ex tenore, & forma, ejuſdem
refcripti, ubi non dicitur; *Pro arbitrio
fuo deducat expenfas* -- Sed *pro arbitrio fuo,
& prudentia reducat* -- Qui tenor, feu for-
ma refcripti fervari debet à Delegato.
Rota decif. 39. num. 1. par. 1. recen.

Ad fecundum. Proviſum in primo.

Sacra autem Congregatio Concilii in
*Romana reductionis Miffarum 3. Decembris
1712.* Ad primum refpondit -- *Negati-
vè* -- Ad fecundum -- *Audiat Eminentif-
ſimus modernus Protector.*

ARGUMENTUM.

An fit locus reductioni Miffarum à
Fundatore in limine foundationis
Cappellano impositarum, quan-
do injunctum fuit hæredi onus
subrogandi alium fundum tu-
tum, & ſufficientem pro illarum
celebratione?

SUMMARIUM.

- 1 *Testatore assignante pro dote Cappellania
fundum, non demonstrativè, sed taxati-
vè, est locus reductioni Miffarum.*
- 2 *Dicto Et conjungit, & concursum copula-
torum requirit.*

CASVS XXVI.

Supremo urgente fato Joannes Baptista
Maffazonus in ultimis tabulis exaratis
de anno 1704. hæredibus, ut aſſeritur, ex
aſſe nominatis ejus filiabus beneficium,
feu Cappellaniam erigi juſſit ſub invoca-
tione Sancti Joannis Baptiſtæ, pro cujus
Beneficii dote idem ipſe pius Teſtator
præſtituit quamdam ruſticam domum cum
ſuis pertinentiis certis finibus designatis,
cum onere Cappellano injuncto Miffarum
quinque hebdomadalium, quarum una
celebraretur prima albente diei feſtivi lu-
ce, exindeque hæc ulterius a ddidit -- *In
oltre diſpone, e vuole, che ove detta Caſina,
e Beni non ſiano ſufficienti per la celebrazione
di dette cinque Meſſe Ebdomadarie nel modo,
come ſopra, e che l'inſcritto Signor Guai-
ta ſuo Genero elegeſſe d'appropriarſi detta
Caſina, e Beni, in tale caſo dichiara, che il
medefimo poſſi ciò fare, con ciò però, che il
medefimo ſurroggi altro fondo ſicuro, e ſuffi-
ciente per la celebrazione di dette Meſſe,
e ſue diſpenſe &c.* -- Poſt quam ſanè Guaita
Teſtatoris Gener optioni ſibi collatæ ple-
nimodè renunciavit, modernus Cappel-
lanus Joſeph Antonius Verbellius impar-
ſe agnoſcens, jam dictis ſubeundis oneri-
bus ob tenuitatem reddituum, vix per-
tingentium ſumma ſcut. 28. cum alterius
dimidio, ex quibus detractis laicalibus
oneribus, & ſumptibus procul dubio ne-
ceſſariis pro reſtaurationibus libera dum-
taxat

Cccc 2 taxat

taxat remanere afferuntur annua sc. 16.50. Hinc quæritur an sit locus reductioni.

1 Affirmativè respondebam Quoniam Testator assignavit pro dote Cappellaniæ fundum non de monstrativè, sed taxativè, incipiendo ab assignatione dotis, quo casu est locus reductioni Missarum. Sacra Congregatio in Romana Legati 7. Octobris 1679. in responsione ad secundum Tondut. quæst. benef. tom. 2. par. 3. cap. 162. num. 5.

Non obstat, quòd Testator injunxerit Guaitæ onus subrogandi alium fundum tutum, & sufficientem pro celebratione dictarum Missarum; Quoniam hujusmodi onus fuit injunctum eidem Guaitæ, concurrentibus copulativè duabus circumstantiis, nempe insufficientia reddituum fundi assignati, & appropriatio ejusdem fundi ibi -- *In oltre dispone, e vuole, che ove detta Basina, e Beni non siano sufficienti per la celebrazione di dette Messe Ebdomdarie &c. e che l'infra scritto Signor Guaita suo Genero eleggesse d'appropriarsi detta Casina, e beni, in tal caso dichiara, che il medesimo possi ciò fare, con ciò però, che il medesimo surroggi altro fondo sicuro, e sufficiente per la celebrazione di dette Messe.* Unde licet concurrat prima circumstantia, nempe insufficientia reddituum, tamen cum præfatus Guaita renunciaverit juri sibi à Testatore collato, sequitur, quòd non teneatur subrogare alium fundum tutum, & sufficientem, dum dictio *Et* conjungit, & concursum copulatorum requirit *Barbof. de diction. diction. 110. num. 6. prope finem Rota decis. 167. num. 11. par. 5. recen.* Eò magis quia idem Guaita non est hæres, nec ullum hæreditatis commodum sentit.

Sacra verò Congregatio in Vercellen. reductionis Missarum 17. Junii 1713. respondit -- *Dilata, & citentur hæredes.*

ARGUMENTUM.

A' quibus debeat supplementum annui redditus pro Sac. Supellectilibus, cæterorumque utensilium consumptione in celebrandis Missis à Testatore in limine foundationis Cappellaniæ volutis.

SUMMARIUM.

- 1 Constitutio quòd onus subministrandi expensas pro Sac. Utensilium consumptione, pertineat ad Cappellanos est servanda. Amplia, ut n.2.
- 3 Legatum quando dicatur stare taxativè?
- 4 Regula, quòd legatum pium sortiatur potius indolem demonstrationis, quam taxationis, quando procedat?
- 5 Annuus redditus pro Sacrorum Utensilium consumptione, in qua summa supplendi sint à Cappellanis?

CASUS XXVII.

CHRISTOPHORUS Magnus in ejus ultimo, sub quo decessit testamento rogato de anno 1706. ordinavit, ut post ejus obitum quinque erigerentur Cappellaniæ laicales sub perpetuo suo familiari Jurepatronatus, binæ scilicet in Ecclesia Societatis SS. Crucifixi Oppidi Civitatis Novæ, alia in Ecclesia Monialium Sancti Joannis, & reliquæ duæ in Ecclesia Sacrorum Stigmatum ejusdem Oppidi, injuncto onere earum singulis Cappellanis ad nutum amovibilibus quotidie Sacrum peragendi pro suffragio animæ suæ, & suorum. Pro dote earundem Cappellaniarum reliquit Testator 75. loca montium non vacabilium, ex quorum fructibus voluit attribui unicuique ex dictis Cappellanis annua scuta 45. ordinavit insuper, ut ponerentur in multiplico sex alia loca Montis Sancti Petri, ad effectum, ut ex eo multiplico supplerentur fructus supradictorum locorum Montium primo assignatorum in casu eorum extractionis, seu extinctionis, quemadmodum in casu diminutionis dicti multiplici jussit, ut ad ejus ratam diminuerentur redditus dd. Cappellaniarum. Denique legavit idem Testator prænominatis Ecclesiis alia loca quinque, & sextum unum Montis S. Petri tertiæ Erectionis, ut eorum fructus erogarentur in consumptione utensilium, quibus opus est Cappellanis pro celebratione dictarum Missarum, videlicet loca tria, & tertium unum Ecclesiæ Sacrorum Stigmatum, locum unum, & 33. centes. Ecclesiæ Societatis, ac dimidium loci unius Ecclesiæ Monialium.

Sequuta erectione dictarum Cappellaniarum.